



## Universitätsbibliothek Paderborn

**IN PRIMVM MV=||SCVLI ANTICOCHLAEVM || Replica breuis  
Iohannis Cohlæi, pro Sacerdotij & || Sacrificij nouæ legis  
assertione.|| IN EPILOGO ADIECTA || est breuis responsio  
in Antibolen Bullingeri.|| ...**

**Cochlaeus, Johannes**

**Ingolstadt, 1545**

**VD16 C 4331**

Bvcervs In Responsione sua ad Barth. Latomum quaternione ultimo aedita  
Anno Domini M.D.XLIIII.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10167348-1**

spargas, & carnis causam agens, animas ad interitum perstrahas miserandum. Nunquam ne larua excutietur tuae nihil ne in hoc conferet tam impudens in me confitum mendacium? Tuo ne quisquam post hac credet spiritui, qui audes in publicum tam aperte post totum triennium sine omni occasione mentiri? Ostendi & legi meis ipsa autographa, quorum exempla apud te habes. Illa æde, & me, si potes, redargue, sin minus poteris, agnosce Bucere diuinam clementiam, te ad poenitentiam inuitantem, persuaserant tibi tui. me fortasse aut mortuum iam aut ita prostratum atq[ue] abiectum, ut ne auderem contra hiscere, Quis tibi hoc pacto audaciam addiderunt, illi falsi, tu captus es fore in indicio tuo. Tuum mendacium apud nos manifestum est, & orbis (nihil dubito) ueritatem agnoscat, quo tui spiritus uanitas eo clarius condemnetur. Satis iam satis à te lusum est Bucere. Cede ueritati, cede ueteribus, cede uero. Orna ueris uerum, & causam ueritatis (ut pareat) reuertere, Disperdet enim Dominus uniuersa labia dolosa & linguam mendacem. Resipisce, & ora deum, si forte det tibi poenitentiam, ut ualeas in Domino VI. Calendas Augusti,

M. D. XLIII.

In uitatio ad  
poenitentia.

### BUCERVS IN RESPON-

sione sua ad Barth. Latomum quaternione ultimo aedita Anno Domini

M. D. XLIII.

**H**orrendum quidem uel cogitatu est, fateor. Num esse in tanto Regno summū Tribunal, cui omnes ex

M 2

æquo

Appendix Ioan. Cochlaei.

æ quo pareant, nulla communia omnibus nec Ecclesiastica nec Civilia iudicia, Sed quis obstat, quo minus hæc restituantur: Nos sane ad omnem legittimam religionis constitutionem nostra studia offerrimus, uos hanc fugitis.

COCHLAEVS.

Sectæ cōtra  
Ius utrungq;  
rebelles.

Matth. 2.  
Matth. 18.  
Rom. 13.  
Heb. 13.

Perpetua  
Luth. cōtra  
utrāq; potes  
statem con-  
tumacia.

Dic nobis Bucere, ubi aut quando unq; tanta fuerit in Romano Imperio turbatio quæ summum Tribunal sustulisset, sicut hoc sectarum uestrarum tempore factum est, si non est factum antea, qua uos facitis quæso authoritate: quo iure: quo Euangelio: Quis uobis potestatem dedit reīciendi Iustum Ciuite quæ Ecclesiasticum: At Christus in Euangelio suo confirmat utrungq;, Ciuale, dum ait, Date Cæsari quæ sunt Cæsar, Ecclesiasticum, ubi ait, si non audierit Ecclesiam. Similiter & Paulus, quando ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Item subiecti estote præpositis uestris. Ego itaq; Vuormaciæ, ante annos X X I I I . in faciem Lutheri respondi, dum que reret inter colloquendum, quid faciendum esset, Sta(dixi) alicui iudicio, dicebam id ex tempore, nihil adhuc suspicās de hac iudiciorum sublatione quæ secuta est. Putabam em Cæsaream Maiestatem seuere executuram esse suam tunc latam in Lutheri dogmata sententiam. Tametsi nondum erat nunc promulgatum, nesciit quidem edictum illud Vuormaciense.

Hinc ergo uestram agnosce contumaciam & rebellio- nem perpetuam. Neq; enim Cæsar neq; totum Imperium persuadere tunc pouit Luther, ut cause sue cognitionē Generali Cōcilio submittere uelit, Quod aut̄ potest esse maius aut sublimius iudiciū q̄ esse debet Concilij Generalis: Aut ubi